

78

hic Balsaci literas, quae tuae sunt, et meam quidem negli-
gentiam hactenus remissae non fuisse. ignosce variae di-
tracto, et me ama summe amicorum. Haga Comit.
VII. Cal. Jan. MDCCXXXV.

Puteano

Amplissime doctissimeque Domine

(232)

Cantum est, si nescitis Edicto Ordinum nostrorum, ne quis
Ecclesiae vestrae sacris initiatus in has Provincias ingredi,
aut ingressus commemorari feratur. Neque discrimen
verba Legis faciunt, ab hoste presbyter veniat, an ex
ditione τῶν ἑταίρων. Interdicitur ibidem
ijs Magistratibus, quibus concessio diplomatum liberi
comitatus ex parte delegata est, ne cui hominum
de illa Tribu expediri sinant absque praevia Ordinum
cognitione. Ex eo capite quid Hauensio tuo obstat, jam
estimabis. siquidem ille, quod statuisse videris, in
utrisque provinciis non ad tempus, ut impetrari solet,
sed perpetuam libertate contendat morari posse. Sequitur
ut abste queram, quem Collegii Trilinguis praesidem
Louanii agnoscis, quo idem fixo domicilio Trudonopoli
uti possit; simul in hostico, nec privatus quidem vivere,
et in Eburoibus non hospes esse. τὸν λόγον δ. τὸν
ἄλλο δὲ ἐκ τοῦ αὐτοῦ ἐκείνου ἐκείνου ἐκείνου
praesentia, quam haeretici non admittimus satis nosti.
Hauensio cur bene velle debeam, cui litera tant nomen,
et tuus fauor, verbis Lipsii defuncti moneor. Tuis
amicis moneor, et si quidem has soluis duas nodos
quos testor me in hoc serpo inuitum reperire, dabo
operam ne vel in hoste requiras, quod ab amico postu-
lanti censere possis non amice negari. Vale hostium
amicissime et me ama, vile frustum ejus Reipublicae
que cum pulsando fores vestras testari imper gestit, nihil
sibi cum Belgis neque Musis controversia esse, siluisti
quidem in turba reclamantium; sed non eo mihi de
amico magis es hostis factus. Sic visum hosti fuit, utriusque
hosti. et si vel maxime Puteano libuisset domi esse, non
ambiguum nobis, quid silentem quasi responderi compulerit
non sum non possum. Iterum vale, non mi hostis
Haga Com. v. Cal. Febr. 1636.

Summis viris Tuldano ac Wendelino salutem plurimam.
quid uterque publico destinet, vel jam donarint, a meo scire.

Vossio